



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio. iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

R. Ne forte veniant discipuli eius et furentur eum et dicant plebi surrexit a mortuis. **Do.** nentes milites. **Lectio I. c. 8a.**

A. Adhesit lingua lactentis ad palatum eius in siti: paruuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis. Qui vescebant voluptuose interierunt in vijs: qui nutriebant in croceis amplexati sunt stercoza. Et maior effecta est iniquitas filie populi mei peccato sodomorum que subuersa est in momento: et non ceperunt in ea manus.

R. Hierusalem luge et exure vestibus iocunditatis: induere cinere et cilicio: quia in te est occisus saluator israel. **V.** Ululate pastores et plorate aspergite vos cinere. Quia in te.

R. Recordare domine. **Lectio. iij.** quid acciderit nobis: intueri et respice obprobrium nostrum. Hereditas nostra versa est ad alienos: domus nostre ad extraneos. pupilli facti sumus absque patre: matres nostre quasi vidue. Aquam nostram pecunia bibimus: ligna nostra pretio comparauimus. Seruicibus minabamur lassus non dabatur requies. Egipto dedimus manum et assyrijs ut saturemur pane. Patres nostri peccauerunt et non sunt et nos iniquitates eorum portauimus. **R.** Plange quasi vir

go plebs mea: ululate pastores in cinere et cilicio. Quia veniet dies domini magna et amara valde. **V.** Plauerunt super me manibus suis omnes transeuntes per viam sibilauerunt et mouerunt caput. Quia.

R. reperitur loco Gloria. **In secundo nocturno an.** Eleuamini porte eternales et introbit rex glorie. **Ps.** Domini terra. **an.** Credo videre bona domini in terra uiuentium. **Ps.** Dominus illuminatio. **An.** Domine abstraxisti ab inferis animam meam. **Ps.** Exaltabote. **V.** Tu autem domine miserere mei. Et resuscita me et tribuam eis. **Lectio quarta.**

Q. Quid ergo sequitur? Accedet homo ad cor altum: et exaltabitur deus. Illi dixerunt quis nos videbit: defecerunt scrutantes scrutaciones consilia mala. Accessit homo ad ipsa consilia passus est se teneri homo: non enim tenebit nisi homo aut videtur nisi homo. Aut colaphisaret nisi homo: aut crucifigeretur et moreretur nisi homo. **R.** Recessit pastor noster fons aque viue: ad cuius transitum sol obscuratus est. nam et ille captus est qui captiuum tenebat primum hominem. **Ho.** die portas mortis et seras pariter saluator noster destruxit. **V.** Destruxit quidem claustra